



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvibus in casibus excommunicatos pro violenta manuum
iniectione in clericos, absoluere poßit. Allegatio XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

- 1 Excommunicatos pro violenta manuum iniectione in clericos solus Papa absoluit.
- 2 Episcopi huiusmodi excommunicatos absolunt, quando percussio est levis.
- 3 Percussio levis qua dicitur.
- 4 Iniuria levis iudicanda est arbitrio boni viri.
- 5 Percussio levis non dicitur, quæ in foro, platea, vel alio publico loco cum scandalo fit.
- 6 Impedimentum legitimum habens propter quod excommunicatus non potest summum Pontificem adire sine periculo vite, potest ab Episcopo absolui.
- 7 Impedimentum iustum habet is, qui ire non potest, licetmittere valeat pro absolutione.
- 8 Impedimentum iustum quoad hoc censetur habere, qui curam animarum, vel filios, aut uxorem habet, timetque ob suam absentiam damnum notabile accipere.
- 9 Inimicitias capitales etiam sua culpa contrahens, propter quas non valet Romam adire, potest ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.
- 10 Inimicitia capitalis, quæ dicitur.
- 11 Inimicitia capitalis oritur ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte.
- 12 Accusatio criminalis inducit capitalem inimicitiam.
- 13 Status questio inducit capitalem inimicitiam.
- 14 Mortis, aut grauis infirmitatis periculum potest efficere, ut à quolibet sacerdote huiusmodi excommunicatus absolui possit.
- 15 Absolutione ab excommunicatione ratione articuli mortis, vel cuiusvis impedimenti impenenda est obligatio sub iuramento, ut cessante morbo, vel eo impedimento se præsentet superiori, nisi illud impedimentum sit perpetuum.
- 16 Clerici collegialiter, seu communiter viuentes, qui sese mediet, & non enormi percussione affecerunt, possunt ab Episcopo absolui.
- 17 Monachi, siue alij regulares se ad inuicem percutientes per eorum Prælatos absolui possunt, cum certis declarationibus. Episcopus tamen de æquitate eos etiam exemptos absoluit, num. 19.
- 18 Religiosus, qui percussit clericum secularem debet ab Episcopo absolui, quando percussio est levis.
- 20 Filij impuberes possunt ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.
- 21 Aetatis ob fragilitatem mitius quis punitur.
- 22 Laniator, seu officialis turbam arcendo non ex deliberatione, ab huiusmodi excommunicatione potest per Episcopum absolui.
- 23 Inops ab huiusmodi excommunicatione quando possit per Episcopum absolui?
- 24 Pauper quis dicatur?
- 25 Aeger, aut quacunque corporis impotentia impeditus quando ab huiusmodi excommunicatione possit per Episcopum absolui.
- 26 Aeger qui dicatur?
- 27 Senex à prædicta excommunicatione, quando possit per Episcopum absolui.
- 28 Senex qui dicatur?
- 29 Existens in potestate alterius, qualis est seruus, vel filiusfam, potest ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.
- 30 Mulieres cuiuscunque sint ætatis, & conditionis ab excommunicatione possunt per Episcopum absolui.
- 31 Pontificem summum non valens adire pro absolutione huius excommunicationis, an teneatur adire Legatum?

EPISCOPVS QVIBVS

in casibus excommunicatos pro violenta manuum iniectione in clericos, absolueri possit.

ALLEGATIO XLI.

- 1 Incidentes in excommunicationem pro violenta manuum iniectione in clericum à solo Papa absolutionem consequi possunt, ut probant text. in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. & in cap. cum illorum, de sentent. excommunicat. de quorum materia late agunt Nauar. in man. cap. 27. num. 76. cum segg. Tolet. in instrum. sacerdot. lib. 1. cap. 31. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 61. Beia respons. casuum cons. p. 1. casu 46. & casu 60. Cened. ad Decretum collect. 24. Ieli. Zechi. de priuileg. eccles. priuileg. 155. Carol. de Grassis de effectib. cler. effectus 9. a num. 148. Iacob. de Grassi. in aureis decis. p. 1. li. 2. c. 49. Soar. to. 5. de censur. disp. 22. Sayr. cod. tract. lib. 3. cap. 26. & seg. Molin. de iustit. tom. 4. disp. 52. Bonacina de censuris disp. 4. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis.
- 2 Aliquando tamen possunt Episcopi à prædicta excommunicatione referuata absolueri, quando scilicet percussio est levis, iuxta text. in cap. peruenit, de sentent. excommunicat. & quæ resoluunt Pui. tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 12. num. 20. vers. sed ante dicta conclusio, pag. 196. Gutier. canon. lib. 1. cap. 3. num. 11. cum segg. Ioann. Garcia de nobilit. glo. 9. n. 40. cum segg. late Sayr. de censuris lib. 3. cap. 28. cum segg. Iacob. de Grassis d. cap. 49. num. 51. cum segg. Bonacina d. q. 4. puncto 5. Bellet. d. tit. de fauore clericorum canonis §. 3. a num. 33. Carol. de Grassi. d. effect. 9. a num. 173.
- 3 Percussio levis regulariter illa dicitur, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam maculam, vel fussionem carnis relinquit, vel quæ fit absque abfissione membri, sine effractione dentis, sine exclusione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis, ut patet ex Extrauag. Ioann. XXII. quam referunt Nauar. in man. cap. 27. num. 92. ac praxis noua episcop. par. 2. cap. 1. num. 13. & resoluunt Philarch. de officio Sacerdot. par. 1. lib. 3. cap. 33. fol. 172. Molin. d. tom. 4. disp. 57. num. 1. Sayr. dict. lib. 3. cap. 28. num. 8. Iacob. de Grassis dict. cap. 49. num. 51.
- 4 Et denique levis iniuria iudicanda est arbitrio boni viri, seu iudicis, idest, Episcopi, ex circumstantijs personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & lationis, ut tenent citati à Bellet. dict. §. 3. num. 34. & à Sayr. dict. cap. 28. num. 5.
- 5 Ex quibus decidenda venit questio illa an dicatur levis percussio, quæ in foro, platea, vel alio publico loco, cum scandalo fit? in quo gloss. verbo mutilationem in dict. cap. cum illorum, tenet percussum in platea, vel in Ecclesia, etiam leuiter, dici atrociter iniuriatum, propter quod sic percussus non potest per Episcopum absolui, quia huiusmodi non potest dici levis, ex quo est notoria, sequitur ibi Abb. num. 9. siluest. verbo absolutio 4. in princip. Iacob. de Grassis dict. cap. 49. num. 56. Bellet. dict. §. 3. a num.

36. Bonacina dict. q. 4. puncto 5. num. 2. vers. mediocris. Atrox enim iniuria dicitur, si percutiatur aliquis in platea, vel in theatro §. atrox, insit. de misr. l. Prætor §. atrocem ff. eodem; Hippol. sing. 546. quamvis contrarium, imò huiusmodi percussione dici leuem, quæ fit in publico, & ab ea posse Episcopum at solvere, nisi in se fuerit percussio notabilis, & magnum aliquod generaret scandalum, teneant Card. cons. 42. Lap. alleg. 76. Nauar. dict. cap. 27. num. 92. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. de pol. cap. 80. per totum.

Dantur etiam aliqui casus in quibus potest Episcopus absolvere, etiam si percussio sit mediocris, vel enormis, quos quatuor versiculis recenset Abb. in d. cap. cum illorum, num. 1. & etiam adducunt Sayr. d. cap. 28. Nauar. d. cap. 27. num. 61. Bellet. d. §. 3. Bonacina q. 4. puncto 5. num. 3.

6 Primus casus est de habente legitimum impedimentum, propter quod excommunicatus non possit summum Pont. adire sine gravi periculo vite, ut probat cap. de cetero, de sentent. excom. Henric. in sum. lib. 9. de Panit. cap. 11. numer. 5. Soar. tom. 4. disp. 63. num. 2. Bellet. §. 3. num. 12. Bonacina dict. puncto 5. num. 3. vers. tertius, Sayr. dict. capit. 28. numer. 39. Hieron. Monte qu. 15. num. 16. & 30. Carol. de Grassi d. effectum 9. a. nu. 181. & num. 158. Sanchez. in præc. pta. Decalogi lib. 2. cap. 13. num. 9. Zambrian. de casibus in articulo mortis c. 4. dub. 4. num. 14.

7 Iustum impedimentum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione Henric. d. li. 6. cap. 9. num. 7. & lib. 13. de excomm. cap. 29. numer. 3. Regolin. de censuris Pontifici reservatis par. 3. capit. 2. verbo, nisi in mortis articulo. S. 4. numer. 1. vers. item habet locum, & de censur. tab. 1. cap. 4. num. 13. in fine, Sanchez. d. cap. 13. num. 41.

8 Deinde iustum impedimentum, quoad hoc censetur habere, qui curam animarum habet, si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum Vicarium constituere possit, Vel, qui ad Papam pro absolutione profecti tenetur, habeat uxorem, & filios, quos in extrema necessitate relictos esse agnoscat, Sayr. d. cap. 28. num. 38.

9 Vnde si quis propter capitales inimicitias non possit Romam adire, etiam si eas contraxerit ex sua culpa, potest ab Episcopo absolui, si iust. verbo absolutio 4. num. 3. vers. quartus, Tolet. in summ. lib. 5. cap. 8. num. 2. vers. quarto ista, Sayr. d. cap. 28. num. 16. Carol. de Grassi, dict. effectum 9. num. 158. Bellet. dict. §. 3. num. 12. & num. 18. Bonacina dict. num. 3. vers. tertius. Inimicitie capitales quæ dicantur tractant Bar. in l. 3. §. ult. ff. de adimendis leg. & in l. licet, ubi glos. verbo capitales, ff. de arbit. Abb. ubi glos. magistra verbo inimicitias in cap. per tuas 32. de simonia, Menoch. de arbitrar. casu 239. num. 8. & 11. Cardinal. Mantica de comestur. ultimar. voluntat. lib. 12. titul. 5. num. 14. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. quæst. 15. art. 3. Flamin. de refectione lib. 5. quæst. 3. num. 258. Cardos. in praxi iudicum, & advocat. verbo inimicitia a. num. 1. & verbo testis num. 15. Menoch. de presumption. lib. 3. q. 37. num. 26. cum seqq. Farinac. in praxi crimin. quæst. 49. num. 1. cum seqq. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 56. paragraph. 7. vers. e declaramos ser inimigo capital, &c.

11 Ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte oritur inimicitia capitalis, Pius. tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 10. num. 137. vers. & sic secundum omnes, pag. 528. Menoch. dict. casu 239. num.

11. & de presumpt. lib. 5. quæst. 42. num. 5. Mascard. concl. 898. num. 7. Tiber. Decian. tractat crim. lib. 3. cap. 25. num. 56. & 57. tom. 1. Farinac. dict. quæstion. 49. a. numer. 1.

12 Item ex criminali accusatione Hippol. cons. 8. numer. 7. & in l. 1. num. 56. vers. item dicuntur capitales inimici, & num. 57. ff. de quæst. Lanfranc. in re-per. cap. quoniam contra, de probat. verbo testium depositiones num. 50. Menoch. de presumpt. lib. 1. quæst. 43. num. 4. Mascard. conclus. 898. num. 1. & 16. & concl. 899. Decian. d. cap. 25. num. 43. cum seqq. Farinac. dict. quæst. 49. a. num. 24. Stephan. Gratian. Marchie decis. 1. 3. num. 21.

13 Item contrahitur inimicitia capitalis si moueatur quæstio status Hippol. cons. 3. num. 11. Burg. cons. 22. numer. 11. Mascard. concl. 898. num. 6. Menoch. de presumption. lib. 5. quæst. 42. num. 2. Farinac. dict. quæst. 49. numer. 23. Fr. Emman. dict. q. 15. art. 3. vers. 7. Et ex verbis iniuriosis, Pius. dict. numer. 137. vers. imò inimicitia pag. 528. Hippol. in l. 1. §. præterea num. 57. vers. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis, ff. de quæst. Mascard. concl. 898. numer. 24. & 41. Menoch. dict. quæst. 42. numer. 17. Decian. d. cap. 25. num. 52. Farinac. d. quæst. 49. a. num. 38.

14 Hinc etiam quando imminet periculum mortis, ut quando excommunicatus graui laborat infirmitate, potest à quolibet Sacerdote absolui non solum ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericis contracta, sed etiam ab alia quacunque, iuxta ea quæ alleg. 25. a. numer. 49.

15 Notandum tamen est quod absoluto ratione articuli mortis, aut cuiusvis impedimenti à quacunque excommunicatione siue iuris siue hominis reservata, siue Pontifici, siue cuiusque inferiori tenetur Confessarius iniungere, ut cessante morbo, vel eo impedimento se præsentet Superiori, qui extra eum casum de iure poterat illum absolvere, & hoc se præsentandi onus, est sub iuramento imponendum, non ut iterum is ab excommunicatione absoluitur quia plene ab illa absolutus est, sed ut Superior convenientem medicinam adhibeat, satisfactionemque imponat, si imponendam iudicauerit, vide Henric. d. cap. 11. paragraph. 5. Soar. to. 4. disput. 30. sect. 3. num. 6. & tom. 5. disput. 22. sect. 1. num. 62. Sanchez. dict. cap. 13. num. 24. cum seqq. Verum tamen est clericis collegialiter viuentibus, filiis impuberibus, religiosis, & officialibus Principum accensibus turbam, item, & perpetuum impedimentum habentibus, propter quod non possunt adire summum Pontificem, de quibus omnibus infra, non esse iniungendum præceptum præsentandi se Sedi Apostol. in illis casibus in quibus possunt ab Episcopo absolui, gaudent enim peculiari priuilegio, ut aduertit Bonacina d. q. 4. punct. 5. num. 3. vers. aduertendum est secundo.

16 Secundus casus est de clericis collegialiter, seu communiter viuentibus, qui se se mediocri, & non enormi percussione attecerunt, hi enim ab Episcopo absolui possunt, ut probat tex. in cap. quoniam de vita, & honestat. cleric. Bonacina dict. num. 3. in princ. Bellet. d. §. 3. num. 5. Nauar. dict. cap. 27. num. 91. in princip.

17 Monachi tamen, siue alij Regulares se ad inuicem percutientes per eorum Prælatos sunt absolvendi cap. Monachi 2. cap. cum illorum, §. qui si claustrales, de sent. excom. Nauar. Bonac. & Bellet. dictis

locis, *Fr. Emman. quaſt. Regul. tom. 1. quaſt. 20. art. 12.* vbi addit quod verba d. cap. *monachi*, ibi, in clauſtro, non ponuntur quaſi innuant, quod ſi extra clauſtra ſe percuſſerint ab Epifcopo, & non à ſuo Prælato debeant abſolui, ſed quia hoc crebrius in clauſtro contingit: deinde aduertit, quod ſi ſuperior aliquis percuſſerit ſuum ſubditum, poteſt ipſe ſecundum priuilegia abſolui ab alio Sacerdote ſubdito ſuo, electo ab ipſo in Confeſſorem, & ſi ſubditus, & Prælatus ſe ad inuicem percuſſerint, & in Conuentu non ſit aliquis, qui eos poſſit abſoluere, poſſunt ad inuicem ſe abſoluere, & idem *Fr. Emman. d. quaſt. 20. ar. 19.* reſoluit quod ſi Prælatus Regularis non ſit Sacerdos, & nullus alius ſit Sacerdos Regularis in Conuentu, vel ſi ſit excommunicatus, aut aliter impeditus poteſt eius ſubditus abſolui ab Epifcopo à minori clerici laſione. Si vero monachum alterius monaſterij alius monachus percuſſerit per Abbatem vtriuſque monaſterij debet abſolui d. cap. *cum illorum*, §. *ſi vero clauſtralis*, & ibi *Abb. num. 13.* & *Hoſt. num. 14.* Aduertat tamen quod Abbas non abſoluit nouitium incidenter in excommunicationem canon. *ſi quis ſuaſente*, ante religionis ingreſſum *Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloſ. 8. num. 31.*

18 Si vero religioſus percuſſerit clericum ſecularem debet ab Epifcopo abſolui, quando percuſſio eſt leuis, cap. *reſcriptiſ*, de ſent. excomm. in 6. *Fr. Emman. quaſt. Regul. tom. 1. q. 10. art. 12.* Quamuis Prælatus Regularis monachos ſibi ſubditos ſe ad inuicem percutientes abſolendi ius habeat iuxta ſupra dicta, Epifcopus tamen de aequitate eos etiam exemptos ab excommunicatione d. cap. *ſi quis ſuaſente*, abſoluere poteſt *Silueſt. verbo abſolutio §. num. 2. & 3. Bellet. d. §. 3. num. 7.*

19 Item ſi monialis monialem, vel conuerſam, aut clericum percuſſerit per Epifcopum in cuius diaceſi monaſteria fuerint abſolui poteſt, cap. *de monialibus*, vbi gloſſa. *fin. & Doſt. de ſentent. excomm. ſilueſt. verbo abſolutio 4. num. 3. Bellet. d. §. 3. num. 4.* qui hoc procedere aſſerunt, tam in exemptis, quam non exemptis.

20 Tertius caſus eſt de filiis impuberibus, iſti enim poſſunt ab Epifcopo abſolui non ſolum ab excommunicatione leuiſ, ſed etiam mediocriſ, & enormis percuſſionis factæ tempore impubertatis, cap. *21. de ſentent. excomm. Bellet. d. §. 3. num. 20.* *Carol. de Graſſi. d. effectū 9. num. 172.* Bonacina d. num. 3. *verſ. quintus caſus*, mitius enim quis punitur ob fragilitatem ætatis *Duen. reg. 259.* *Tiraquell. de pœnis temper. cauſa 7.* *Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo vel aduerſarij dolo à num. 50.* *Molina d. tom. 4. diſputation. 36. num. 6.* *Aloſy. Ric. in collectan. deciſen. par. 5. collectan. 1845.*

21 Quartus caſus eſt de ianitore, ſeu officiali turbam arcendo non ex deliberatione, ſed fortuito caſu clericum lædente, qui poteſt ab Epifcopo abſolui, niſi forte grauiter vulnerauerit, cap. *ſi vero, §. officialis*, de ſentent. excomm. *Sayr. diſt. lib. 3. cap. 28. num. 27.* *Cominch. de ſacram. & cenſur. tom. 2. diſputation. 14. num. 193.* *Bonacina diſt. num. 3. verſ. ſecundus*, *Bellet. d. §. 3. num. 22.*

22 Quintus caſus eſt de inope, ideſt tanta paupertate grauato, quod Romani pro abſolutione accedere non poſſit, iſ enim ſi clericum percuſſerit poteſt ab Epifcopo abſolui, cap. *quod de his*, cap. *quamuis*, de ſentent. excomm. *Tolet. d. cap. 8. num. 2. verſ. quarto iſta*, *Hieron. de Monte diſt. quaſt. 15. à*

num. 6. *Carol. de Graſſi. d. effectū 9. num. 164.* *Bellet. d. §. 3. num. 24.* vbi cum *Hoſt. in diſt. cap. quod de his num. 1.* & *Abb. in cap. ea noſcitur num. 5. de ſentent. excomm.* reſoluit hoc habere locum in eo paupere non mendicante, ſed viuente ex ſuo artificio, de quo etiam *Argued. l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. noua recop.*

24 Pauperes enim dicuntur non ſolum mendicantes, ſed etiam habentes congruam ſuſtentationem, qui tamen attento ſtatu perſonæ, & dignitate videntur indigere *Bart. in l. 1. numer. 35. C. de ſacroſ. Eccleſ. Lara in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius num. 44. ff. de liberis agnoſc. Tiraq. de pia cauſa in præfat. pag. 10. D. Barboſa in l. maritum, num. 6. ff. ſolutio matrim. ſurd. de alimentis tit. 1. quaſt. 93. num. 30. & tit. 7. q. 9. à num. 17. & deciſ. 61. numer. 3. Maſcard. de probation. concl. 1154. numer. 14. Spin. in ſpeculo teſtam. gloſ. 6. num. 10. Mexi. in tract. caſſe pœnis concl. 1. num. 46.* vbi etiam reſoluit data paupertate potius nobili, quam ignobili ſuccurrendum, *Bernard. Grauea. ad præticam Camera Imper. lib. 1. concl. 42. conſid. 1. num. 2.* & *Surd. d. quaſt. 93. numer. 33.* aſſerit pauperem dici, qui habet multas filias nobiles. Denique an quis pauper dicatur, iudicis diſcretionis committitur, qui attenta perſonarum, & circumſtantiarum qualitate arbitritur *Menoch. de arbit. caſu 65. & de præſumpt. lib. 6. quaſt. 25. ſurd. d. tit. 7. quaſt. 9. num. 10.* *Maſcard. concl. 1154. Perez l. 1. verſ. ex qualitate tit. 1. lib. 3. Ordin. pap. 461. ſeraphin. de priuilegijs iuramen. priuileg. 4. num. 98. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 46.* *Barboſa in d. l. maritum num. 6.* *Farinac. in præſcript. crimin. quaſt. 57. num. 93. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 2. num. 43. ſcacer. de appellat. q. 17. limit. 40. num. 8.* plures per *Elves de pœna vtri. lib. 2. quaſt. 21. num. 150.* Et paupertatis plura priuilegia referunt *Rebuſſ. priuileg. 9. Paul. Montan. de cunctis cap. 36. gloſ. 2. à num. 4. Cened. par. 1. collect. 27. à num. 2.*

25 Sextus caſus eſt de ægro, ſiue valetudinario, aut quacunq; corporis impotentia impedito, & à fortiori membrorum deſtituto qui ab Epifcopo ſuo abſolui poſſunt ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in Clericos incurſam etiam ſi infirmitas temporalis ſit, vel non imminat periculum mortis, puta in febre tertiana, quartana, vel podagra, ita *Abb. & Innoc. per tex. ibi in d. c. quod de his*, *Carol. de Graſſi. d. effectū 9. num. 162.* *Silueſt. d. verbo abſolutio 4. num. 3. verſ. nonus*, *Sayr. d. c. 28. num. 24.* *Bellet. d. §. 3. num. 25.*

26 Infirmi, & valetudinarij dicuntur ex conſilio medicorum *Roland. conſil. 22. num. 20. ad finem lib. 3.* *Menoch. de arbit. caſu 60.* *Farinac. in præſcript. crim. par. 2. q. 76. num. 90.*

27 Septimus caſus eſt de ſene, qui à prædicta excommunicatione per Epifcopum abſolui poterit, quamuis fortis ſit ad ambulandum cap. *ea noſcitur*, 12. de ſentent. excommunicat. *Silueſt. verbo abſolutio 4. num. 3. verſ. decimus*, *Carol. de Graſſi. diſt. effectū 9. à num. 160.* *Sayr. diſt. cap. 28. num. 25.* *Bellet. diſt. §. 3. num. 26.*

28 Senes qui dicantur arbitrio iudicis relinquunt *Menoch. de arbitrar. caſu 59. & de præſumpt. lib. 6. quaſt. 46. num. 25.* *Flamin. de reſignation. lib. 5. quaſt. 6. à num. 4.* vbi quaſt. 3. num. 47. aſſerit quod ſenectus, & morbus à pari procedunt, imo ſenes dicuntur perpetuo infirmi *Monteleon. in tract. de priuileg. ſenect. cap. 5. Thom. Acti. de infirmis cap. 19. & Farinac.*

in praxi crimin. par. 3. quæst. 92. num. 22. refert senem dici ab anno 50. perfecto, usque ad annos 70. Senum multa privilegia enumerant ultra aliquos ex citatis, Paleth. in speciali tract. de senect. Stephan. Gratiani. disceptat. forens. cap. 328. à num. 1. Pineda in vita D. Ioannis Baptista lib. 2. art. 1. cap. 9. §. 139. pag. mihi 98.

29 Octauus casus est de existente in potestate alterius, qualis est seruus, & filiusfamil. modo domini graue damnum inde patiaturs absque sua culpa ex serui absentia, cap. mulieres 6. de sentent. excomm. Carol. de Grassi. d. effectus 9. num. 167. Bonacina d. q. 4. puncto 5. num. 3. vers. sequimur, Bellet. d. §. 3. num. 29.

30 Nonus casus est de mulieribus cuiuscunque sint ætatis, & conditionis, possunt enim à locorum Ordinarijs absolui, cum illis periculosum sit peregre proficisci, & se virorum caubus immiscere d. c. c. nescitur. Nauar. dist. cap. 27. num. 88. Tiraquel. l. 10. connub. glos. 1. par. 10. num. 33. Sagra d. lib. 3. cap. 28. num. 18. vers. tertius casus, Hieron. de Monte q. 15. num. 6. Carol. de Grassi. d. effectus 9. num. 159. Bellet. d. §. 3. numer. 17. Bonacina d. numer. 3. vers. sextus.

31 Aduertendum est eum, qui non potuit Summum Pontificem adire ob legitimum impedimentum, non posse ab Episcopo absolui, quando potest saltem adire legatum, aut alium habentem facultatem absolucendi ab huiusmodi excommunicatione seruata Summo Pontifici, Nau. d. cap. 27. num. 88. vers. ad quartam, Sagra d. lib. 3. c. 28. num. 39. Bonacina d. nu. 3. in fine.

32 Deinde aduertendum inferiorem ab Episcopo non posse absolueret excommunicatum pro leui iniuria illata in personam Clerici, vel existente aliquo ex prædictis impedimentis, vt resoluunt Hieron. de Monte d. q. 15. num. 29. & 30. Carol. de Grassi. d. effectus 9. num. 181. Nisi in articulo mortis, vt per eundem Car. de Grassi. d. loco num. 15. Bellet. d. §. 3. num. 9. Vel quando Episcopus in specie mandauerit suo Vicario, vt possit absolueret ita excommunicatos sibi, de Vicario Episcopi lib. 2. q. 180. num. 2. & seq. Vel alicui Vicario ad id specialiter deputato Bonacina d. puncto 5. num. 4. vers. addo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clericus non debet esse corpore vitiat, aut diminutus.
- 2 Romani quos olim sacerdotes eligeant?
- 3 Persa sacerdotum ministros corpore integros admittabant.
- 4 Facies sepe indicat quale sit corpus.
- 5 Corporis species simulacrum est mentis, figuræque probitatis.
- 6 Anima pulchra sepe residet pulchro in corpore.
- 7 Physiognomonia apprimè utilis est ad capiendam de aliquo presumptionem.
- 8 Exteriora indicant interiora.
- 9 Deformis non facile fieri potest, vt bonus sit.
- 10 Mutilatio inducit irregularitatem, quæ in aliquo membro, dummodo principali, euenit, & ob culpam contingit.
- 11 Membrum sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & in corpore nostro distinctam habet operationem.
- 12 Mutilatio partis alicuius membri non producit irregularitatem, nisi pars illa abscissa celebrandi adimeret potestatem, vel notoria culpa in illius abscissione accedat.

13 Castrari se permittentes fiunt irregulares, nec possunt esse clerici, etiam quando hoc fecerint, vt caste vnuant.

14 Castratus, vel scelus non sponte, sed casu, potest fieri clericus, & si iam sit, in susceptis valet Ordinibus ministrare, nisi id sua culpa acciderit.

15 Castratus ab adultera marito, quia ipsam inuenit cum sua uxore coram, non potest fieri clericus, cum id sua culpa acciderit.

16 Membrum genitale amittens ex eo quod sciens cognouerit mulierem morbum Italicum habentem non potest fieri clericus.

17 Manum habens mutilatam, articulatam, vel atidam, aut perpetuo tremulam, non potest ad Ordines promoueri.

18 Digito carens, quando fiat irregularis.

19 Digitus non est proprie membrum nostri corporis.

20 Pollicis pars si desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minime inducit irregularitatem, dummodo eiusdem nulla præcesserit culpa.

21 Digito illo carens, qui medius est, non est irregularis.

22 Digtos senos habens in manibus non est irregularis.

23 Digtos superfluos habens, potest eos sibi amputare, vel amputari permittere, dummodo nullum inde periculum sibi imminuat.

24 Capillorum defectus ob morbum Italicum, aut similem procedens, irregularitatem potest operari arbitrio Episcopi.

25 Facies deformis quando inducat irregularitatem.

26 Color in facie non est quid essentiale, sed accidentale.

27 Cæcus non potest fieri clericus, at in susceptis Ordinibus, in quibus visus non est opus, ministrare potest.

28 Cæcorum aliqua miranda referuntur.

29 Monoculus non potest esse clericus etiam prima tonsuræ.

30 Lippus non potest fieri clericus, modo longa, & diuturna, ac continua sit lippitudo.

31 Oculi sinistri, siue Canonis visiva virtute si quis careat, & tanta polleat virtute in dextro, vt sine deformi faciei conuersione possit legere Canonem, non est irregularis.

32 Nasum pressum, grandem, aut tortum detinens, præcipue si pariat deformitatem, prohibetur ordinari.

33 Nasi abscissio inducit irregularitatem.

34 Os habens deforme, & imperfectum non est admittendus ad Ordines, quando seditatem ac horrorem generat.

35 Balbus, ac blesus, qui detinetur loqui, & verba explicare, non est ad Ordines assumendus.

36 Dentes non numerantur inter membra.

37 Dentes sibi euellens ex indignatione, vel impatentia, quando ad Ordines sit admittendus?

38 Auris an sit membrum?

39 Auribus carens propria culpa, aut notori peccati causa est irregularis.

40 Claudus potest ad Ordines promoueri, nisi talis sit, quem oportet cum baculo accedere ad Altare.

41 Barbam habens corrosam, aliæ deformatæ maculatam, non est Ordinandus.

42 Gibbosi, vel curui dicuntur corpore vitati præcipue si nimia in eis sit deformitas.

43 Morbosi quando possint ordinari?

44 Podagra, & scabie laborantes nimiam inducenti.

bus deformitatem, irregulares ſunt.

45 Paralyſi, vel appoplexia laborantes irregulares ſunt.

46 Italico morbo laborantes ſi foris appareant, horrorenque & ſcandalum gignat, irregulares ſunt.

47 Febris quartana neminem retrahit ab Ordinibus ſuſcipiendis.

48 Comitiali morbo correptus Ordines aſſumere non valet, nec in ſuſceptis miniſtrare.

49 Leproſus promoueri non debet.

50 Furioſi, mente capiti, & ij, qui in furorem aliquando verſi inſaniuerunt, non poſſunt fieri clerici.

51 Dæmoniacy non poſſunt fieri clerici.

52 Dæmoniacy tandem erunt ab officijs ſuis, Ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem Episcoporum inueniantur ab huiusmodi calamitate liberati.

53 Gigantes, & Pigmei, quando irregulares ſunt?

54 Abſtemij, quando poſſint ordinari?

55 Corporis vitium aliquod, ſeu defectus abſque culpa alius ordinando proueniens, impedimentum præſtat ſolum executioni illius actus, ſeu officiij, ad quod ſit inhabilis propter impotentiam, aut defectum.

56 Digitoſi duos, & dimidium palma ſine ſua culpa amittens, poteſt habere beneficium non requirens celebrationem.

57 Summo Pontifici ſolum competit poteſtas diſpenſandi cum corpore vitiatum.

58 Declaratur gloſſa verbo, noſtram, in cap. ſignificauit, de corpore vit.

59 Episcopus poteſt diſpenſare cum habentibus membrum occultum, ſiue manuſcriptum non ſua culpa abſciſſum, & quando ceſſat homicidij præſumptio atque huiusmodi membrum non reddit ipſum impotentem ad celebrationem.

60 Vitium medicum quod dicatur, & quæ notabilis deformitas relinquitur iudici arbitrio.

61 Episcopi eſt determinare, quando dubitatur ſit ne talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impedit, etiam reſpectu Regularium.

EPISCOPVS AN POSSIT

cum ſibi ſubditis diſpenſare in irregularitatibus proueniens ex vitio, ſiue defectu corporis?

ALLEGATIO XLII.

Corpore vitiatum ad effectum ne debeat Ordinibus inſigniri ille dicitur, qui membro principali caret, vel quia natus ita eſt, vel quia illud mutilatum, aut debilitatum ſibi fuit, aut ipſum nimia illius deformitas angit; qui vult enim fieri clericus non debet eſſe corpore vitiatum, aut diminutum, cap. illiberatos 36. diſt. cap. 1. 49. diſt. cap. non conſidat 50. diſt. cap. 1. cap. penitentes, & cap. præcepta 55. diſt. cap. infames 6. quaſtion. 1. cap. 1. & per totum, de corpore vit. Com. in Clem. ſi furioſus par. 1. in princip. num. 5. Albert. Trati. de vera, & perfectio clerico, lib. 2. cap. 16. Lambertin. de inrepatron. 1. par. 2. lib. quaſt. 7. art. 12. numer. 1. Thom. Acti. de ludo

ſcacchorum, quaſt. 5. princip. num. 23. Campanil. in diuerſorio iuris Canon. rub. 11. cap. 17. num. 1. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quaſt. 13. Bellet. diſquiſit. clericalium, par. 1. rub. de diſciplina clericali, §. 7. num. 1. pag. 86. Nicol. Garcia de beneficijs, par. 7. cap. 12. num. 4. Nam ſecundum Galen. lib. de diſp. medi. ſanitati accidunt pulchritudo, boni habitus integritas, teſteque Seneca epiſt. 40. minus eſt accepta ſcientia vel virtus ex deformi corpore veniens, hinc Ennius gratior eſt virtus veniens de corpore pulchro.

2 Romanos olim ab ætate Romuli mos erat eos ſolos Sacerdotes eligendi, qui & genere excellentes, & virtute præſtantes, nec tamen inopes, aut corpore villa ex parte truncati fuiſſent, vt refert Dionyſ. lib. 2. Roman. antiq.

3 Apud Perſas uſu pariter receptum fuit ſacrorum miniſtris corpore integros admittendi, nullam maculam habentes, neque aliqua corporis ſæditate notati, Alexand. ab Alex. lib. 6. diuerſum genia, cap. 14. quia corporalis ſæditas, animi morumque deformitatem indicat argum. cap. quia diuerſitatem de conceſſis præbend. tenent ibi Abb. notab. 1. Trapa. l. 2. commub. gloſſa. 1. par. 2. num. 55. Eſcob. de rationem. cap. 32. num. 1.

4 Facies namque ſæpe indicat quale eſt cor, obſeruandum, ff. de officio præſid. l. 3. ff. de teſtibus.

5 Et ſpecies corporis ſimulacrum eſt mentis, figuræque probitatis. Luc. de Penn. in l. 1. verſ. 2. querimus, C. qui ar. vel præſeſ. ſe excuſ. lib. 10. & l. 1. C. de præſeſ. qui in urbe Conſtantinop. lib. 12. Mattha. de Fam. in tract. de modo ſtudenti, cap. 3. Thom. Acti. d. 9. 5. num. 26. v. d. Ambroſ. lib. 2. de virgin. quem citat Ceuall. commun. contra commun. quaſt. 248. num. 11. vbi a num. 6.

6 Multa de pulchritudine adducit: & ſæpe in pulchro corpore pulchra reſidet anima ex ſententia Cymatolata ab Alexand. conſ. 209. incip. ponderatus, num. 10. verſ. diſtus vero inuenis. lib. 6. Proinde loquebatur Dominus ad Moyſem dicens, loquere ad Aaron: homo de ſemine tuo per familias ſuas, qui habuerit maculam non offeret Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi rugem, ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel hermoſus, omnis enim, qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo, Leuit. cap. 1. reſertur in c. hinc etiam, 49. diſt.

7 Per ſigna corporis nobis nota, inquit logici, ſyllogizamus diſpoſitiones animæ, nobis ignotas, Ariſt. 2. Perierm. Apprime enim, utilis eſt phyſiognomoniam ad præſumptionem de aliquo capiendâ, Bald. in l. 2. in 2. col. C. quom. appell. non recip. Hippol. in & expedita num. 55. quos refert Thom. Acti. de ludo ſcacchorum quaſtion. 5. princ. num. 67. Canalean. de brachio Regio par. 3. a num. 81. Gambar. de caſib. reſer. pag. 186. num. 14. vnde Propert.

Ex operum ſpecie claſcunt imigra cordis.

8 Exteriora enim indicant interiora, §. pauonum inſtit. de rerum diuiſ. Vnde non verificatur in iure dictum illud. Fronti nulla Fides. Et dicit Bald. in l. obſeruare, C. quorum appellat. non recip. quod ſicut turpis habitudo corporis declarat quem procliuiem ad ſcelera, ita pulchra ad virtutes. Non enim facile fieri poteſt vt qui omnino deformis eſt, bonus ſit, Bob. ad dil. in ſua politica, lib. 1. c. 8. n. 8. Vnde Marti. lib. 12. epi-gram.